

ta, in iuventute, et virili aetate, praedicando miracula edidit, ac vitae aeternae acquirere documenta magni momenti dedit, ut omni aetate visus, atque cognitus cunctos ad se traheret. Quamquam autem senex Christus Dominus non fuerit, quia ad maioris sui amoris manifestationem voluit pro nobis mori in flore, et chariore aetate; voluit tamen a senioribus delegari, ac praedicari, et beneficii, ut a Simone sacerdote, et ab Anna propheta, ut hac ratione omnes aetates honoraret, et sanctificaret.

Demum voluit Christus Dominus, ad manifestationem suam sapientiam, expeclare aetatem duodecim annorum, quando iam discursus rationis viget, ut exemplo suo eorum coereret petulantiam, qui antequam ad debitam in literis sufficientiam pervenerint, praedicandi, cathedras ascendendi, supremos Ecclesiae gradus occupandi, ac republicam gubernandi onera superbe, et insipienter assumunt. Quemadmodum enim passerulus, qui nondum editis pennis extra nidum evolare tentat, facile decedit, et breviter interit: et sicut Phaeton inexpertus, ut fixere poetae, solis curam, et equos illum vehentes gubernare praesumens, ignominioso casu in terram prolabens, interit; et terram ardore solis in eam decidens combussit; ita quotquot ad dignitatem Virginis, et ad nostram instructionem in hunc modum loquitur (*hom. 1. sup. miss. est*): *Erant subditus illis, quis? quibus? Deus, hominibus. Deus, inquam, cui angeli subditi sunt, cui principatus, et potestates obediunt: subditus erat Mariae, nec tantum Mariae, sed etiam Iosepho propter Mariam. Mirare ergo strumliet, et alige quid amplius mireris, sive filii benignissimam dignationem, sive matris excellentissimam dignationem, utrinque miraculum, et quod Deus foeminae obtemperet, humilitas absque exemplo, et quod Deo foemina principetur, sublimitas sine socio. In laudibus Virginum singulariter canitur, quod sequuntur agnum quocumque ierit: quibus ergo laudibus iudicas dignam, quae etiam praeit? discere homo obedire, discere terra subditi, discere pulvis obtemperare: de auctore tuo loquens Evangelista: et erat, inquit, subditus illis, haud dubium, quin Mariae, et Iosepho. Erubescere superbe cinis. Deus se humiliavit, et tu te exaltas? Deus se hominibus subdit, et tu dominari gestiens hominibus, tuo te praeponis auctori? utinam nihil aliquando tale aliquid cogitanti Deus respondere dignetur quod et suo increpando respondit Apostolo: Vade, inquit, post me satana, quia non sapis ea, quae Dei sunt, quoties enim hominibus proesse desidero, toties Deum meum praesere contendo; et tunc vere non sapio ea, quae Dei sunt: de ipso namque dictum est: et erat subditus illis. Si hominis, o homo, imitari deignaris exemplum, certe non erit tibi indignum, sequi auctorem tuum. Si non potes sequi te, qui cum quocumque ierit, dignare vel seguiti quo tibi condescendit; hactenus divus Bernardus.*

D. Basilius magnus de Christi Domini literis mandavit (*lib. de constit. Monach. cap. 5*): *Primaeva quidem aetate parentibus subditus, juvenis corporalem laborem mansuete, et laboriose cum illis tulit: cum enim homines essent iusti quidem, ac pii, pauperes tamen, ac rerum necessarium haud quaquam abundantes, cuius rei testimonium dat praesepe, verisimile est, assiduo corporalem laborem exercitio victum sibi necessarium una comparasse. Iesus autem istis, ut Scriptura inquit, subditus, obedientiam suam omnem etiam his praestitit, ut simul cum illis laboraret; haec d. Basilius magnus.*

D. Ambrosius autem ponderans exemplum, quod Christus Dominus nobis praebuit, reverentiam, et obedientiam praestans parentibus, haec tanto Patre digna profert: *Quid enim magister virtutis nobis officium pietatis implet? et miramur, si Patri desit, qui subditur matri? non utique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est: et infra: Discere potius tuae voluntatis praecipia, et exempla pietatis agnosce, discere quid parentibus tuis debeas, cum legis a patre filium, non voluntate, non opere, non tempore discrepare; utique nullum Pater ille coelestis laborem generationis expertus est, tu matri debes pudoris intiriam, virginitalis dispendium, partus periculum: matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui misere in ipsis votorum fructibus maius periculum est, et cum ediderit, quod optavit, partu absoluitur, non timore. Quid ancioz patres loquar pro filiorum profectu, et multiplicatos alienis usibus census, iactaque agricolaes semina posterorum aetatis profutura? nonne pro his obsequia saltem oportet rependi? haec d. Ambrosius.*

Nunc audiamus antiquiorem illo Origenem, qui exemplum hoc Christi Domini non solum ad naturales parentes, sed ad spirituales accommodat, in haec verba? *Discamus filii subiecti esse parentibus nostris; maior minori subicitur: nam quia maiorem Ioseph videbat aetate, propterea eum parentis honore coluit, omnibus filii exemplum tribuens, ut subiciantur parentibus. Quod si patres is non fuerint, subiciantur his, qui patrum aetatem habent: quid loquor de parentibus, et filius? Si Iesus filius Dei subicitur Ioseph, et Mariae, ego non subicitur Episcopo, qui mihi a Deo ordinatus est pater? non subicitur praesbytero, qui mihi Domini dignatione praepositus est? Peto, quid intellegebat Ioseph, quia maior se erat Iesus, qui subiciebatur sibi, et sciens maiorem esse subiectum, trepidus moderabatur imperium. Videat ergo unquam quod saepe melioribus praepositus sit inferior, et nonnunquam accidat, ut ille qui subiectus est, melior sit eo, qui sibi videtur esse praepositus; quod cum intellexerit dignitate sublimior, non elevabitur superbia ex eo, quod maior est; sed sciet, ita sibi meliorem esse subiectum, quomodo et Iesus subiectus fuit Ioseph; hactenus Origenes.*

Ad extremum dicendi faciem facio, satisfactione curiose inquirentibus: quid fecerit Christus Dominus anno tertio decimo, et quarto decimo, ac reliquis, usque ad trigessimum, quo caepit evangelicam doctrinam disseminare? Respondeo enim, occupatum fuisse in obedientia. Unde si inquires, quid fecit anno vigesimo? Respondeo id, quod Evangelista, *Sud-*

ditus erat illis. Et si rursus quaeras quid fe-

cit anno vigesimo quinto? respondebo: *Subditus erat illis.* Et si tandem iterum scisciteris, quid fecit vigesimo octavo anno usque ad trigessimum? non verebor eandem responsum tibi dare: *subditus erat illis.* Hoc fecisse satis fuit, ut hinc intelligamus, haec unum esse christiani hominis, et maxime religiosi viri vitam, perpetuo subesse, et alterius imperio, ad Christi exemplum, parere. Illud enim arbitrator christiani hominis praeracissimum egyptatum: *obediit semper*: in eo enim latent praecelra facinora, gloriosus triumphus, ac insignis victoriae, Spiritu sancto dicente: *Vir obediens loquetur victorias.* Cui cum Patre, et Filio sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA IV.

Sub metaphora solis, de Christi Domini manifestatione in templo disseritur; multiplicitate sanctorum Patrum eruditio- ne, ac variis animi conceptionibus verbis illis explicatis: Iesus proficiebat sapientia, et aetate.

Cum incomprehensibilis sit divina, et humana Christi Domini maiestas, ad eam non pro dignitate, sed pro facultate humani eloquii explicandam, sacrae literae variis nominibus Christum Dominum compellant, nunc vocant illum Agnum (*Apoc. 13*): *Agnus, qui occisus est ab origine mundi*; nunc Leonem (*Apoc. 5*): *Vicit Leo de tribu Iuda*; nunc Aquilam: *Sicut aquila provocans ad volandum pullos* (*Deute. 32*): nunc serpentem: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto* (*Ioann. 3*): nunc ignem: *Deus noster, ignis consumens est* (*ad Heb. 12*); nunc florem, et liliam: *Ego sum flos campi, et lilium concaallium* (*Can. 2*); nunc vitem: *Ego sum vitis, et eos palmites* (*Ioan. 15*); nunc magni valoris lapideum: *Ponam in fundamentis eius lapidem pretiosum* (*1. Petr.*); nunc Angelum (*Isa. 9*): *Magni consilii Angelus.* Verum inter haec, et alia pensae infinita, et clarissima epitheta, quibus Christus Dominus in sacris literis decoratus, solis nomenclatura principem locum tenet, eius metaphora usus est Malachias (c. 4): *Orietur vobis timibundus nomen meum sol iustitiae, peneon d. Paulus* (*1. Cor. 4*): *Qui illuminabit abscondita tenebrarum, et manifestabit consilia cordium.* Consulto tamen, omissis aliis solis proprietatibus, quas late refert d. Dionysius (*de divinis nominibus cap. 5*), nimirum, quod sit nitivum ens, uniforme, quod illuminat, renovat, custodit, perficit, discernit, unit, refovet, foecundat, auget, mutat, colloca, plantat, removet, et vivificat; ea dumtaxat in medium producam, quae ad praesens mysterium inventi Christi Domini in templo a d. Virgine in medio doctorum magis illustrandum, aptiores mihi visae sunt.

Et quidem in primis solis metaphora non obscure nos docet, quomodo intelligenda sint verba illa, quae haereticis in sinistris intorquent sensus: *Proficiebat sapientia, et aetate.*

In quorum expositione, d. Hieronymum imitans (sup. c. 1. d. Matthaei) dicentem: *Diuersa in diuersis lego, et deo singulorum opinionem ponere*; prius aliorum placita commemorabo, deinde germanam explanationem a solis meliora dereripam. Cum haeretici ex verbis his Evangelistae, *Proficiebat sapientia, et aetate*, ex quibus Catholici veritatem humanitatis Christi, qui incrementum aetatis conuenire potest, colligunt, ipsi deitatem ab eo longe repellendam colligunt, eo quod incrementum in sapientia, et aetate, aeterno, et infinito, atque inexhausto pelago sapientiae conuenire nequeat. Huic haeretico cavillo, ut prisci illi Patres responderent, in varias abire sententias in explanatione huius loci: nam d. Athanasius (serm. 4. contra Arianos), et Epiphanius (in anchor.), et d. Cyrillus (1. 10. thes. c. 7, et 1. de recta fide ad Regin.), et d. Ambrosius (lib. Incar. Dom. c. 7) asserant, proficisse quidem vere non divina, sed humana sapientia, atque adeo proficisse, ut hominem, non ut Deum. In modo autem explicandi hanc sententiam non conueniunt: nam d. Athanasius, et Cyrillus existimant proficisse scientiam humanitatis Christi per communicationem diuinitatis, paulatim reuelantis varia arcana animae Christi; d. autem Ambrosius non sic illam scientiam auctam fuisse dicit, sed per sensus, acquirendo nova incrementa cognitionis. Nec hoc dicunt repugnare unioni hypostaticae eius in Verbo, exemplum afferentes de morte, ceterisque passionibus: nam sicut, quod humanitas passibilis, ac mortalitatis fuerit, sitim, famem, ceterasque similes infirmitates pateretur, non fuit impedimento, quin unita esset diuinitati; ita etiam de sapientiae profectu, quamvis non habuerit a principio totam sapientiam, sed paulatim receperit, non ob id effectum est, quominus Verbo unita fuerit. Sed haec expositione placere non potest, quia iuxta illam oporteret in humanitate Christi admittere ignorantiam: aliter enim sapienter evadere non posset, ut recte observavit Cardinalis Toletus (in c. 2. Lucae).

Origenes aliam viam ingressus (hom. 1. in Jerem.) hunc locum de Christo ipso interpretatur; affirmat tamen, Verbum ipsum proficisse, non quidem in se, sed in humana natura; profectus autem fuit hic: ut quae in se, ut Deus sciebat, supra naturam humanam novo modo scivit, nempe humano; unde humana natura scientiam acquirente, ipsum Verbum proficiebat in sapientia, novo semper modo res ipsas cognoscens, quas prius sua sapientia divina cognoverat. Profectum ergo refert ad Verbum ipsum propter novitatem modi cognoscendi res. A qua expositione non multum abhorrent verba d. Athanasii (orat. 4. cont. Arian.), quod ait: *Augescente magnitudine corporis, una crescebat in eo diuinitatis manifestatio*. Sed certe profectus in sapientia, sicut et in aetate non aliter competere potest Verbo diuino, quam per communicationem Idiomatum, quatenus ille homo, qui Deus erat, proficiebat.

D. Ioannes Damascenus (1. 3. de fide c. 22.), necnon d. Gregorius Nissen. (homil. 3. in eunt.)

referant haec verba ad profectum Christi Domini in nobis, ita ut non dicatur proficisse sapientia in se, sed in suo corpore mystico, hoc est, in eius fidelibus: verba d. Gregorii haec sunt: *Qui natus est Iesus, qui in iis, qui ipsum susceperunt, diuerso proficere sapientia, aetate, et gratia; non est idem in omnibus, sed pro modo eius, in quo est, quatenus is, qui ipsum capit, est idoneus, talis apparet, ut infans, aut proficiens, aut perfectus*. Itaque asserunt Patres, in nobis crescere Christum secundum quod nos crescimus, et proficimus, iuxta illud Pauli (ad Eph. 4): *Veritatem facientes, in charitate crescemus in illo, qui est caput Christi*. Unde, sicut idem Paulus (ad Coloss. 1) dixit de verbo evangelii, quod *fructificat, et crescit*, non quia in seipso cresceret, sed quia auditores illius crescebant, et proficiebant: et (Act. 6): *Verbum Domini crescebat*: et item (c. 19): *Crescebat verbum Dei, et confirmabatur*; quod non potest intelligi de profectu verbi in seipso, sed de fructu, quem in auditoribus reddebat: simile est illud (Ps. 88): *Nihil proficiat inimicus in eo, et filius iniquitatis non opponat nocere ei*: necnon illud Pauli (1. ad Timot. 4): *Profectus tuus manifestus sit in omnibus*; consonatque huic expositioni communis phrasim loquendi, qua dicitur solet. *Magister hic multum proficit*: non quia ipse, sed quia discipuli eius ob eius doctrinam multum proficiunt. Sed licet haec interpretatio nonnullis arideat, non tamen videtur cohaerere cum contextu ipso: nam sermo est de Christo in se, non de corpore eius mystico, ut patet tum ex verbis illis, quod *proficiebat aetate*; tum quod eo pueritiae Christi Domini tempore, cum ipse nondum praedicasset, nullum tunc profectum suo verbo fecisse poterat in auditoribus: nisi dicas illum fecisse in illis, qui in templo eum in medio doctorum loquentem audierant: vel certe, quod exemplo tunc docebat, non verbo.

S. Thomas (3. p. q. 9. art. 1. 2. 3. et 4. et q. 12. ar. 4), et communi consensu omnes eius assecle, aliter verba haec interpretantur: constituunt enim in Christo praeter scientiam diuinam et increatam, scientiam beatam, qua in quantum homo, clare videbat Deum, ut ipse testatur (Ioan. 8): *Ego quae vidi apud Patrem, loquor*. Scientiam infusam, quae a sensibus non pendet: haec enim, cum angelis fuerit data a principio suae creationis, non debebat negari animae Christi ab exordio suae conceptionis, ut recte argumentatur d. Thomas (praed. art. 3). Scientiam deinde acquistam, seu experimentalem, quae progressu temporis sensuum exercitio augebatur, iuxta illud Pauli (ad Hebr. 5): *Didicit ex his, quae passus est, obedientiam: cui persimile est illud (Isa. 7): Butyrum, et mel comedit, ut sciat reprobari malum, et eligere bonum: et rursus: Antequam sciat puer vocare patrem suum, et matrem suam*. Super cuius loci expositionem d. Augustinus (lib. 8. in Genes. ad lit. c. 14) putat illum interpretandam de Christo, distinguens in eo prudentiam, et experientiam. Non tamen est intelligendum, quod Christus Dominus per hanc scientiam aliquid sciret de novo, quod aetate ignoraret: hoc enim longe adest ab eo, qua

Ioannes (c. 1) vocal plenum gratiae, et veritatis; sed quod sciret novo modo id, quod iam aetate praesierat. Dicunt ergo hi doctores, Christum Dominum proficisse non in scientia beata, aut infusa, sed in acquisita, et experimentalis; hocque sibi velle praedicta verba, *proficiebat sapientia*; quod idem me docuit Richardus Victor. (2. de Emman.).

Cardinalis vero Toletus egregiam aliam adhibet expositionem, quam licet nulla alicuius doctoris auctoritate fuleat, est tamen Cardinalis Casetani (in cap. 2. Lucae): ait ergo, quod cum Evang. dicit: *Iesus proficiebat sapientia*: per illam sapientiam non intelligitur ipse habitus sapientiae intellectui inhaerens, sed exercitium ipsum operum, et verborum, quae a sapientia Christi procedebat, in quibus vere Christus secundum aetatis incrementum proficiebat, quia opera sapientiora edebat, et verba sapientiora loquebatur: non enim omnia externa opera aequalem sapientiam habent, sed contingit sapienter, et sapientius operari, et loqui: verba Casetani haec sunt: *Christus proficiebat actibus sapientiae, procedendo de sapientibus actibus ad sapientiores: etenim licet Christus plenitudinem in se sapientiae haberet, exterius tamen verba, et opera sapientiora proferebat pro aetatis incremento; nec est insinuatium in Scriptura, verba, et opera externa, quae a sapientia procedunt, appellare sapientiam, immo frequenter id fit 2. Paralipom. 9. et Lucae 11. dicitur de regina Saba: Venit audire sapientiam Salomonis, et (Prover. 2): Audiat sapientiam auris tuae: (1. Cor. 2): Loquimur sapientiam. Dicta ergo, et facta a sapientia procedentia nomine appellantur sapientiae. In hac Christi ratione humanae naturae progressum vere fecit, sicut in aetate.*

Ultimam tandem expositionem a praecedente non abhorrentem nostro argumento satis accommodatam arguere possumus ex metaphora posita solis, sicut, et venatus est illum d. Vincentius (ser. inf. Epiph.). Etenim quemadmodum quamvis sol eandem omnino claritatem habeat in se, tam hora prima, quam tertia, quam in meridie, tamen quantum ad effectum proficit, et crescit in claritate, quia maiorem claritatem causat in aere hora tertia, quam prima, et in meridie maiorem, quam in illa; ita Christus Dominus Sol iustitiae, licet ab instanti suae conceptionis fuerit plenissimus sapientia, quanto magis crescebat aetate, tanto maiora suae sapientiae argumenta prodibat, tantoque maiorem opinionem de illo omnibus concipiebant. Quare incrementum sapientiae Christi Domini, de quo Lucas loquitur, cum ait, *crescebat sapientia*, non fuit reipsa, sed ostensione, et manifestatione, et in communi hominum existimatione. Haec expositionem sequuntur antiquissimi et gravissimi doctores, quorum testimonia, quia perlongum esset omnia recensere, selectiora hic tantum apponam. D. Cyrillus (in ann. 1. c. 17): *Non ut Deus proficisse intelligitur Christus, verum quia magis eum in dies homines admirabantur, illorum potius de Iesu opinio, quam illius perfecta crescebat gratia; ut magis in dies cognoscentes magis illum procedere, ac gratia crescere arbi-*

trarentur: et (in Thesaurio lib. 10. cap. 7): *Cum audis, Christum proficisse in sapientia, et gratia, noli putare quidquam et additum esse, sed quia videtibus, et audientibus eum sapientiorum, gratiorumque in dies se praebat; ideo dicitur proficisse. D. Gregorius Nazianzenus (orat. 20. de laud. Bas.) ad idem in hunc modum loquitur. Proficiebat, inquit, Christus ut aetate, ita etiam sapientia, non quod in illo incrementum caperent; quid enim eo, quod a principio profectum erat, proficere esse posset? Sed quod haec paulatim delegeretur, et eluceret. Accedit d. Ioannes Damascenus, dum (lib. 3. fidei cap. 22) inquit: *Proficere sapientia, et aetate, et gratia idcirco dicitur Christus, quod aetate quidem cresceret, per aetatis autem incrementum sapientiam eam, qua praeditus erat, in lucem proferret. Rursus d. Bernardus (hom. 3. super Missus) perbeille, ut assolet, haec scripsit: Vir erat Iesus necdum etiam natus, sed sapientia, non aetate; animi vigore, non viribus corporis; naturae sensuum, non corporum membrorum. Neque enim minus habuit sapientiae, vel potius non minus fuit sapientia Iesus conceptus quam natus, parvus, quam magis; sine ergo latens in utero, sine ragnis in praesepio, sine iam grandiculis interrogans doctores in templo, sine iam perfecta aetatis docens in populo, fuit horum in quatuorque aetate, qua de plenitudine illa, quam in sui conceptione Christus accepit in utero, et aliquid eidem adiecerit, sed a principio profectus, a principio, inquam, plenus fuit spiritu sapientiae, et intellectus, spiritu consilii, et fortitudinis, spiritu scientiae, et pietatis, et spiritu timoris Domini. Nec te moveat, quod de illo legis: Iesus autem proficiebat sapientia, et aetate, et gratia apud Deum, et homines: nam quod de sapientia, et gratia hic dictum est, non secundum quod erat, sed secundum quod apparebat, intelligendum est: non quia videlicet aliquid ei novum accideret, quod antea non haberet; sed quod accideret videretur, quando volebat ipse, ut videretur. S. Thomas (3. p. q. 12. art. 2. in corp.) etiam ait: *Duplex est profectus scientiae, unus quidem secundum essentiam, prout scilicet ipse habitus scientiae augeatur; alius autem secundum effectum, puta, si aliquis secundum eundem, et aequalem scientiae habitum, primo minora alius demonstrat, et postea maiora, et subtiliora. Hoc autem secundo modo manifestum est quod Christus in scientia, et gratia proficere, sicut et in aetate; quia scilicet secundum augmentum aetatis opera maiora faciebat, quae scilicet maiorem scientiam, et gratiam demonstrabant; sed quantum ad ipsum habitum scientiae, clarissimum est, quod habitus scientiae infusus in eo non est augmentatus, cum a principio plenarie fuerit sibi omnium scientia infusa, et multo minus scientia beata in eo augeri potuit. Consulant denique in eandem expositionem Theodoretus (in epitome dec. decr. cap. quod Chr. susc. animam cum corp.), Titus Bostrren. Episcopus (sup. hunc loc.), Epiphanius (in anchor.), Gaud. (in respons. ad Paul. Dia.), Vigilus (1. 3. et 5. cont. Eutichen), Theophylactus (in comm. huius loci), Beda (ib.), Niceph. (1. 1. histor. c. 14), Anselmus (lib. 1. Cur***

Deus homo), d. Vincentius (*ser. infra oct. Epiph.*).

Sic hinc interpretationi obici posse. Primo quia secundum illam non solum ratione naturae humanae, sed etiam secundum naturam divinam posset dici proficisse sapientia, quantum ad ostensionem, quatenus Verbi divini sapientia magis, ac magis se probebat per humanitatem Christi; sed hoc nullum putat inconveniens d. Cyrillus loco praecitato. Secundo, et fortius obici posset, quod Evangelista eodem tenore verborum dicit, Christum proficisse sapientia, quo aetate; aetate autem manifestum est, quod reipsa proficiebat, et non solum in apparentia, et opinione hominum. Respondeo tamen, non semel eadem verba in eodem sacrae Scripturae contextu habere diversam significationem, ut (*Math. 8*): *Sine mortuis*, scilicet per peccatum, *sepebre mortuos suos*, hoc est, vita functos, et (*Joan. 1*): *Mundus pro ipsum factus est*, et *mundus eum non cognovit*: ecce primo accipitur mundus pro fabrica materiali illius; secundo vero pro actu hominum, ad quos pertinebat agnoscere, et revereri Dominum: et (*Joan. 17*): *Ascendo ad Patrem meum*, nempe naturaliter; et *ad Patrem vestrum*, adoptivum, scilicet. Vel certe per illa verba voluit significare Evangelista, quod quanto amplius re ipsa crescebat aetate, tanto per incrementa temporis crescebat sapientiae eius manifestatio, et apud homines de eius scientia opinio. Quod si urgeas, Evangelistam dicere, quod non solum apud homines, sed apud Deum crescebat sapientia; ergo reipsa eius sapientia suscepit incrementum, et non solum in apparentia, et opinione hominum, verum etiam apud Deum: secundum hebraicam autem phrasim, *apud Deum*, idem est, quod *vere*, ut cum Zacharias, et Elisabeth *iusti apud Deum* fuisse dicuntur. Occurrit hinc obiectioni, quod, cum idem sit *apud Deum*, quod *vere*: sensus est, quod vere hominibus videbatur proficere: vel certe in verbis Evangelistae debet fieri distributio accommodata, ut aetate cresceret apud Deum, apud homines vero sapientia, et aetate.

Porro, ne a solis metaphora recedere videamur: quemadmodum contingit solem, qui prius erat in nubilo, repente nobis illucescere, iuxta illud (*2. Mach. 1*): *Refulsit sol, qui erat antea in nubilo*, et *accensus est ignis magnus*; ita similiter accidit Soli iustitiae Christo Domino, qui cum antea fuisset sub nubilo infantiae, et pueritiae absconditus, ut Isaias (*e. 45*) loquitur: *Vere tu es Deus absconditus*; nunc repente, praeter hominum opinionem, in templo effulsit in medio doctorum, instar solis inter planetas, fulgentissimis suae doctrinae radiis eos illuminans. Haec splendidissimus ille Phoebus, Christum Dominum intelligit, sub infantilis, et puerilis suae aetatis annis latens, non micabat sapientia, operaque eius nobis ignota erant; hoc enim sibi volunt verba illa sponsae de illo dicentis (*Cant. 7*): *Comae eius sicut elatae palmarum, nigrae quasi corvus*. Sane priores anni aetatis Christi Domini fuerunt, velut capilli: quia, cum homo, iuxta philosophi sententiam, sit arbor inversa, certe sicut capilli sunt velut radices, quae ex trunco

oriuntur, ita et priores anni sunt illi, qui ortui succedunt. Cum autem ait, hos capillos nigros esse, indicare voluit, luce, et claritate cavere, qui nobis innotescerent, unde sacri Evangelistae annos illos silentio praeteriere. Cum ergo hoc modo latuisset hic fulgentissimus Sol, nunc repente respendit inter medios doctores, divinae et humanae suae sapientiae radios, in illos, instar solis, effundens, immo liberalius multo, quam ille: sol enim hic materialis, quem oculis intuemur, non illuminat ponentes sibi obicem: quantumvis enim oriatu sol, quasi invians te ad lucem suam recipiendam, tamen si fores, ac fenestras illi claudas, in tenebris manes; Christus autem Dominus ipso sole manifestior, in satrapas, et doctores legis, mentis stae ianuas ad veritatis evangelicae lucem sibi occultantes, suae doctrinae lumen munificentissime effudit prae desiderio illo, quo aestuabat, illuminandi omnem hominem venientem in hunc mundum, ut verbis Ioannis utar. Unde b. Iob (*e. 32*) in persona Christi ad hoc alludens dixit: *Plenus sum sermonibus, et coarctat me spiritus uteri mei, et venter meus, quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas necas dirumpit*. Mirum in modum cor Christi Domini aretatur; et idecirco ut illud aliquantulum dilataret, coepit publice loqui, loquar, et respirabo paululum. Interrogabat, et respondebat doctoribus, ut indicant verba Evangelistae (*Luc. 2*): *Invenerat illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem, et interrogantem eos*. Contingit non semel tum; ergo mater ubera magna lactis copia plena habeat, ut prae dolore non possit plenitudinem illam continere, catulos quasi quaerant, quos ablactet, cum proprii filii ei desint, qui sngere illud possint: non dissimiliter Christus Dominus, qui se amantissimae matri comparavit (*Isai. 49*): *Nunquid poterit mater oblivisci infantis uteri sui? et si illa oblita fuerit, ego non obliviscar*, divinae doctrinae lacte ubera plena habens, molesteque forens filios suos nolle illud sngere, doctoribus legis, velut catulis, illa sugenda porrexit.

Deinde, quemadmodum sol in alio emysphaerio luens, occullatur nobis; ad nos tamen appropinquans in crepusculo aurorae, paulatim tenebras a nostro emysphaerio disiecit; ita Sol iustitiae Christus Dominus, sub infantilis suae aetatis velamine hominibus latens, quasi in alio emysphaerio existeret; aurora veniente pueritiae suae, voluit duodecimo suae aetatis anno per doctrinae suae lucem tenebras ignorantiae expellere. Unde videtur mihi Christus Dominus se gessisse in hoc mirabili opere, instar prodigiosi cuiusdam animalis, cuius meminit doctissimus Salmeron (*tomus de infant. Christ. Dom.*), ubi refert, quod in fronte gestat pyropum, seu carbunculum pretiosissimum, ac splendidissimum gemmam, contactam tamen cuiusdam pellis velamine, ex qua cum in noctis caligine illam detegit, clarissimi lucis radii prodeunt. Sapientia Christi Domini fulgentissimus erat pyropus, velamine tamen infantiae, et pueritiae, quae ignorantiam praeseferunt, contextum gestabat; duodecimum vero annum attingens, placuit detegere

pretiosissimum illum suae sapientiae pyropum in media caligine ignorantiae illius populi, qui cum Deum secum humana carne indultum haberent, illum non cognoscebant (*Joann. 1*): *Mores vestrum stulti, quatenus eos nescitis*. Refert autem Bercharius ex d. Isidoro (*lib. 11. sui Reduct. moral. cap. 37*), inveniri quoddam genus carbunculi hanc virtutem habens, quod quaeo erant Satrapae illi Christum in templo audientes, nisi palcae inaniss scientiae siccitate arentes, quid illi legis Doctores, et Rabbin, nisi velut folia quaedam librorum nullis erroribus implicata? tamen Christus Dominus sapientiae suae carbunculo, ac mira eius virtute, omnes illos ad se traxit, si non, ut illum crederent, saltem ut in sapientiae eius admirationem non medicam raperentur, d. Luca (*cap. 1*) dicens: *Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentiam, et responsis eius*.

Ad extremum, quemadmodum, ut astrologi docent, eclipys lunae fit per interpositionem terrae inter solem, et ipsam; ita beata Virgo, quam lunam appellatur (*Cant. 6*): *Quae est ista, quae ascendit, sicut aurora consurgens, pulchra, ut luna, eclipys sinusit per interpositionem tridici inter Christum, et ipsam, quo tempore dicitur filii sui praesentia caruit*. Unde, sicut luna eclipysm patiens, fulgentissimis solis radiis privata obscuratur; ita beata Virgo per totum illud triduum, quo filii absentia duravit, terra doloris caligine obscurata mansit, ipsa dicente (*Luc. 2*): *Pater tuus, et ego dolentes, quaerabamus te*.

Sistamus parumper hic, si placet, et inquiramus a Domino, cur dilectissimam Matrem, quae ardentissimo amore eum nutrebat, et educabat, et a qua bene innumera obsequia susceperat, nullamque, nec minimam, alicuius offensionis causam, quae seraphinis innocenti, et purior erat, ei praebuerat: cur, inquam, sui absentia sic eam torquere, graviterque cruciare voluit? Respondeo id fecisse primo propter rationem, quam assignat d. Gregorius (*lib. 5. Moral. e. 9*), dum ait: *Abscondit se sponsus, cum quaeritur, ut non incensus, ardentes quaeratur: et differtur quaerens sponsa, ne inveniat, ut tarditate sua capiorum reddita, multiplicius quandoque inveniat, quod quaerere*. Secundo, ut pulchra Virgo pulchrior redderetur: sicut enim ignis fornacis pulchrior reddit vas, ita ignis tribulationis pulchriorem reddidit animam, ut non obscure indicat visio Zachariae (*e. 1*), cui apparuit Dominus insidens quo rufo, et stans inter pulchra myrteta: *Vidi, inquit, et ecce vir ascendens super equum rufum, et ipse stabat inter myrteta, quae erant in profundo*: sicut enim myrti expilantur, ut pulchrae fiant, et gratiam hortis addant; ita animae perfectae, instar myrtorum deorae, et odoriferae in hac valle lacrymarum constitutae, assidua mortificatione expilantur, et tribulationibus affliguntur, ut quotidie pulchriores evadant, et sanctae Ecclesiae horto gratiam, et decorem adiciant. Tertio, ut magis innotesceret praecellens sanctitas b. Virginis: nam, ut docuit d. Gregorius (*praefat. moral. cap. 2*), tribulatio charitatem commovet, et a-

lias virtutes, velut species aromatics incendit, ut bonum odorem spargant, et quae odoriferae sint, omnibus pateat: pulchra verba d. Gregorii haec sunt: *Sicut unguenta, nisi commota, redolere latius nesciunt, et sicut aromata fragrantiam suam, non nisi cum incenduntur, expandunt; ita sancti viri, omne quod virtutibus redolent, in tribulationibus innotescunt: et stultum ad hoc applicans illud Domini (*Matt. 17*): *Si habueritis fidem, tanquam granum sinapis, subdit: Granum quippe sinapis, nisi conteratur, nequaquam vis virtutis eius agnosceatur: nam non contritum, lenes est; si vero conteratur, inardescit, et quod in se acerrimum latebat, ostendit; sic unusquisque vir sanctus, cum non pulsatur, despicibilis, ac levis aspicietur; si qua vero illum tritura persequutionis opprimat, mox omne, quod calidum sapit, ostendit, atque in fervorem virtutis vertitur: quaequid in illo ante despicibile infirmumque videbatur; quoadque in se per tranquillitatis tempora libens operatus fuerat, exagitatus tribulationibus, coactus innotescit*.*

Quarto, quia tribulatio mater est, et paedagogus, variis virtutibus animam instruens, in his verbis elegantissime docuit d. Chrysostomus (*hom. 1. in Psal. 1. et hom. 62. ad populum*): *Tribulatio omnium virtutum est mater, ac florum paedagogus: nec debuerant illi, qui prae omnibus diligitur, matre privari, a qua nutriuntur, nec paedagogum, cuius industria docentur, ut non solum magnis vitis, sed etiam minimis defectibus liberentur. Illi saepe loquens sanctam conversationem arripient, forsassis in gravia sunt peccata prolapsi, et post conversionem suam modicos defectus, et levia peccata patrare non cessant, ad quae ipsa carnis fragilitate prope modum impelluntur; tribulationes vero praeterita crimina, et praesentia peccata non sine suavissima Dei dispensatione castigant. Quod videmus in mendico Lazaro: recepit enim ille mala, idest, labores, et corporis dolores, ac plagas in vita sua, ut castigatis, et purgatis defectibus suis consolationem dicitur Epuloni negatum acciperet. Nonnunquam etiam vitiorum sulci suavitate perfecti tentantur, et rerum temporalium curis, velut Syrenarum cantu, praepediuntur, ne novos faciant in virtute progressus, et tribulationis flagello a vitibus arcentur, a verum labentium amore revolvuntur, et ad currendum in via spiritus incitantur: nam multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt; haec d. Chrysostomus.*

Licet autem haec tribulatio opus non esset Virgini tanquam paedagogus ad defectum aliquem in ea emendandum, vel excoquendum; profuit tamen illi, ut mater quae ab uberibus avellit infanem, ut robustior fiat: sic tribulatio illa consolations dulcedine beatam Virginem privans, fortiorum, et robustiorum illam reddidit, iuxta Pauli sententiam (*2. Cor. 12*): *Virtus in infirmitate perficitur*. Sicut autem non solum Virgo, sed et Ioseph illius tribulationibus particeps fuit, ita et huius incrementi non fuit expertus. Ultrique sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA V.

Agitur de nostro profectu spirituali in eadem verba: Proficiebat sapientia, et gratia apud Deum.

De profectu spirituali acturi, sermonem hunc minime dirigemus ad peccatores, spirituali gratia vita carentes, sed ad iustos, et poenitentes: nam quemadmodum animantibus repugnat incrementum vite, nisi ipsa prius vivat, ita et repugnat fidelibus incrementum vite spiritualis, nisi vite gratia prius participes sint (1. Cor. 1.) *Sapientiam ergo loquimur*, si non inter perfectos, ut dicebat d. Paulus, saltem inter iustos, quorum proprium est crescere de virtute in virtutem, instar lucis mane splendentis, iuxta illud Sapientis (Proverb. 4): *Iustorum semita quasi lux splenscens procedit, et crescit usque ad perfectum diem.* E contra, peccatorum proprium est, lanam imitari, quae quantum crescit per primam quindecim, tantum decrecit per aliam; quibus convenit illud (Eccles.): *Stultus, sicut luna, mutatur; hi sequuntur vestigia Ruben, cui dictum fuit (Gen. 49): Effusus es, sicut aqua, non crescis.*

Ad rem igitur nostram propius accedens, illud certe apud me plurimum commendat charitatem Dei erga nos, quod instar famelicium valde appetentis, ardentem desiderat nostrum profectum spiritualem: Ego, inquit, alium cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Hic cibus sans erat noster profectus spiritualis, ut d. Bernard, sapienter est opinatus, dum (serm. 71. in Cant.) ait: *Pascens, ita, puto, nihilominus pascitur ipse, et quidem escis, quibus liberenter vescitur, profectibus nostris: etenim gaudium Domini, fortitudo nostra. Ita ergo, et cum pascit, pascitur simul nos suo gaudio spirituali recipiens, et de novo aequo spirituali profectu gaudens. Cibum eius, poenitentia mea; et cibum eius, salus mea; cibum eius, ego ipse.*

An non cinerem, tanquam panem manducal? ego autem quia peccator sum, cinis sum, ut manducet ab eo. Mandor cum arguor, glutior cum institutor, decoquor cum immutor, digitor cum transformor, unior cum informor. Nec putare debemus, cibum istum maioris nostri spiritualis profectus, quia cineri comparatur, esse gusti Domini insulsum, et ob id minus appetibilem; nam solent interdum nimis aegroti cibos dulces, et salubres horreos, et cibos insuaves postulare; ideoque Dominus, qui, ut est in Isaia, agrolaciones nostras assumpsit, et morbo impatientis amoris in cruce decubuit, cibos dulces, id est, homines corpori servientes, et in crocibus, et in lectulis delicatis lascivientes exhorruit, et mentes in contritiones amaras, et cinere humilitatis cooperatas, velut cibum suavissimum appetivit. Hoc ergo desiderium nostri profectus spiritualis acturi regis mentem sollicitat, illudque in cruce manifestare voluit, dum omnium laborum suorum vetuli oblitus, solius sitis memoriam fecit, dicens: Sitis. Qui enim dolores, et cruciatus intolerabiles, ignominias horribiles, et contemptibiles nuditatem patientissime sustine-

bat, bene posset sitim dissimulare, nisi eam, ad ostendendum desiderium nostri spiritualis profectus, manifestare oporteret.

Hoc desiderium non obscure indicat verba illa (Cant. 7): *Mano surgamus ad vineas, videamus, si floruit vinea. Si flores fructus parturiant, si floruerint mala punicia: tibi dabo tibi ubera mea.* Sponsa namque per agros, ac villos, iustos nondum perfectos intelligit, in quibus non fructus omnino maturos requirit, sed flores, id est, sancta desideria, et fructuum initia, aut fructus acerbos, hoc est opera bona, fametsi nonnullis imperfectionibus mixta. Atque hinc est, quod cum naturale sit desiderium, et inquirenti aliquid impense, cum illud obtinet, laetari, et gaudere; ita Deus, ut Sophonias testatur (e. 3), cum proficimus, valde ipse exultat: *Gaudebit super te in laetitia, silebit in dilectione sua, exultabit super te in laude.* Sed quid quaeso non gaudeat de bonis suis? Bona autem nostra, et perfectio nostra, bona Dei sunt: ita sicut nos membra eius sumus, ita nullum bonum quod ab eo alienum sit, in nobismetipsis habemus. Quod si aliqui defectus, aliquae maculae in anima perseverent, ipse silet, ob dilectionem suam, quae illam diligit, et patienter dissimulat, non ut maculas probet, sed ut eas opportuno tempore abradat. Nec solum gaudet, sed exultat, et quasi tripudiat ob profectum nostrum spiritualem, et Patrem, qui illum ad se trahit, iugibus perpetuo collaudat. In hac certe cogitationem incidenda sine dubio d. Augustinus, cum (epist. 85) perbellice dixit: *Cogitemus nos tanto similiores Dei, quanto esse poterimus eius participatione iustiores. Si ergo eius opus est regeneratio nostra, si eius opus est sanctitas, et puritas nostra; quid mirum, si desideret opus suum perfecti, et sanctitatem a nobis comparari? Quid mirum, si gaudeat, et exaltet, cum nos viderit eam virtutis mensuram acquirere, propter quam nobis dandam tanta et tam admirabilia fecit, et tot laboriosa, et indigna sustinuit?*

Cum igitur Deus noster tam ardentem nostri spiritualis profectus desiderio flagret, mirum est, quomodo voluntati illius nos conformantes, eundem profectum spiritualem avidissime non desideremus. Etenim in regum curiis nihil est, quod Aulicos ad haec, vel illa studia capessenda potentius impellat, quam cognitum desiderium, et voluntas principis: haec enim, instar primi coeli, quod motu suo inferiores orbis secum rapit, subditorum voluntates ad se trahit, et ad bonum, vel malum perficiendum inclinat, adeo ut nec clavus in potestate peritissimi gubernatoris posita tam facile navim huc, aut illic dirigat, quam una voluntas principis subditorum voluntates, et desideria ad se trahat. Unde experientia persaepe compertum est, quod si Rex bellicosus sit, et ad praelia proclivis, tunc apud subditos disciplina militaris viget, et bellandi desiderium accenditur; e contra vero, si rex pacificus sit, omnes in tranquillitate vivunt, et republica serena pae perficitur: si rex literarum studio deditus, vel sapientiae amator sit, florent tunc literae, et academiae

in dies crescunt. Ac tandem, ut dicit Ecclesiasticus (cap. 10): *Secundum iudicem populi, sic et ministri eius: et qualis rector est civitatis, sic et habitantes in ea.* Cum igitur Deus vir desideriorum sit, et nostrum profectum spiritualem ardentem desideret, debemus et regi nostro nos conformantes, eundem ardentem cupere. Quod si una voluntas Moysis (Exod. 35), cupientis tabernaculum aedificare Domino, populum universum adegit, ut libentissime opes suas, et quicquid habebant, in opus destinatum tribuerent, egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi obtulerunt mente promptissima, atque devota primitias Domino ad faciendum opus tabernaculi testimonii. Et si una etiam voluntas Salomonis templum extruere volentis universas Israelitas ad aedificacionem incitavit, et plurimos eorum ad laborem applicavit; erubescamus, ac socordiam, et oscitantiam nostram excaecantes incrementum spiritualis huius aedificii, quod in nobis Dominum construere satagit, summo desiderio cupiamus. Dixi, summo: quia desiderium hoc non debet esse tepidum, sed fervens, sed ardens, sed robuslum adeo, ut omnes difficultates superet, quae profectum nostrum spiritualem quoquo modo impediunt. Ut enim dixit d. Hieronymus (lib. 1. in Matth. cap. 5) explicans verba illa: *Beati, qui esuriunt iustitiam: Non nobis sufficit velle iustitiam, nisi iustitiae patiamur famem;* et sub hoc exemplo nunquam nos satis iustos, sed semper esurire iustitiae opera intelligentes: quibus consonant egregia illa d. Bernardi verba (in comm. hui. loc.): *Esuriat amplius, et qui desiderat, abundantius adhuc desideret, quoniam quantumcumque desiderare poterit, tantum esse accepturus; immo vero non secundum imperfectionem, modumque desiderii, quoniam donec perfecte habeat, perfecte desiderare non potest, sed nec, et perfecte habere, donec perfecte desideret, sed mensuram accepturus est bonam, et conferat, et coagulatam, et superfluentem.*

Horum Patrum sententiam Simon de Cassia et ipse doctor pius, et in divinis literis eruditus in hunc modum latius exposuit: *Sed quid est esurire, et sitire iustitiam, nisi se insatiabilem reddere ad omne perperam factum, ad vindicandum in se ipso delictum, et puniendum amare peccatum? ad rependendum pro gratia, ad debita persolvenda, ad custodiendum immaculate deposita, et ad perficiendum sine contradictione iniuncta, et sine simulatione consultata, et ad patienter portandum quaecumque nostrae sensualitati contraria; nec non et semper tenere indesinenter moderamina vitae, ac si quae interminata tormenta, et mortem intentatam propter potius suscipere, quam ipsam iustitiam impellere; haec enim ille.*

Inter multa tamen, quae animum nostrum excitare possunt, immo, impellere ad hoc, ut sedula diligencia studio in dies proficiendi semper incumbamus, tria praecipue ante oculos ponam, quae ad hunc effectum non modicum vim habere videntur.

Primum est, quod studium proficiendi est signum inhabilitatis gratiae: licet enim absque divina revelatione nemo agnoscere possit infal-

libili certitudine, iustificantis gratiae munere se esse donatum, Ecclesiastico dicente (e. 9): *Nemo scit, an odio, vel amore dignus sit; potest tamen ex aliquibus indicis, et probabilibus argumentis illi verisimiliter coniectari, ut his verbis non obscure indicavit d. Leo Papa (serm. om. sanct. cap. 5): Felix mens, quae lunc concupiscit cibum, et ad talem aestuat potum, quem utique non expeteret, si nihil de eius suavitatis gustasset. Audiens autem dicentem sic prophetico spiritu: Gustate, et videte, quoniam suavis est Dominus, accepit quamdam supernae dulcedinis portionem, et in amore castissimas voluptatis carersi, ut spiritus omnibus temporalibus ad edendum, bibendumque iustitiam toto accenderetur affectu, et illius primi mandati apprehenderet veritatem, dicens: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Quoniam nihil est aliud diligere Deum quam amare iustitiam.*

Secundum, quod vehementer animum pulsare debet ad progressum continuum faciendum in vita spiritali, doctrina est illa antiquorum Patrum non semel dicentiam, non proficere, deicere esse: ita loquitur in primis d. Leo Papa (serm. 8. de Passione): *Quantumlibet quietus iustificatus sit, habet tamen, dum in hac vita est, quo probatur esse possit, et melior; qui autem non proficit, deficit, et qui nihil acquirit, nihil perdit.* D. Gregorius (3. Pastoral. cap. 35) similia profert in haec verba: *Adnoscendi sunt, qui inchoata bona minime consumunt, ut cauta circumspectione considerent, quia dum proposita non perficiunt, etiam quae fuerant coepita, convellunt. Si enim, quod videtur gerendum, solita intentione concrescit, etiam quod fuerat bene gestum decrescit. In hoc quippe mundo humana anima, quasi moris navis est contra icetum fluminis condescendens, uno in loco nequamquam stare permittitur, quia ad alia relabitur, nisi ad summa conetur. Si ergo inchoata bona fortis operantis manus ad perfectionem non subleat, ipsa operandi remissio contra hoc, quod operatum est, pugnat. Hoc est enim, quod per Salomonem dicitur: Qui molles, et dissolutus in opere suo fuerit, frater est sua opera dissipantis. Conspirat in eandem sententiam d. Augustinus: nam (serm. 15. de verb. Apostol.) ad finem haec scribit: *Imper tibi displicet, quod es, si vis pervenire ad id, quod nondum es; nam ubi tibi placuit, tibi remansisti; si autem dixeris: sufficit, et persisti: semper adeo, semper ambula, semper profice, non in via remanere, non retro redire, non deviare, remanet, qui non proficit; retrocedit, qui ad ea revolvitur, unde iam abscesserat; deviat, qui apostat; melius ite claudis in via, quam cursor praeter viam.* Et rursus idem s. Doctor (in Psal. 69. in fin.) ait: *Haec vox, scilicet, tu es auditor meus, perseveret in nobis, fratres. Quantumcumque hic vixerimus, quantumcumque hic profecerimus, nemo dicat: Sufficit mihi: iustus sum qui dixerit, remansit in via, non solum pervenire; ubi dixerit: sufficit, ubi haesit. Accedit Ioannes Cassianus (collat. 6. cap. 14), qui ita concludit: Necessesse est, ut secundum Apostolum 2. Corinth. 4. et ad Philippenses. 3. Ut renovatus quis spiritu mentis suae per singulos dies proficiat, ad**

ea se, quae ante sunt, semper extendens; aut si neglexerit, consequens est, ut retro redeat, atque in deterius relabatur. Et ideo nullo modo poterit mens in una, atque eadem quietate durare; velut, si quis contra aquas violenti fluminis navem subigere remorum impulsione conetur, necesse est eum, aut virtute brachiorum torrentis alvei impetum desecantem, ad superiora conscendere, aut remissis manibus ad praecipitum prono anno revocari. Quapropter istud erit evidens ratio iudicium detrimenti, si intellexerimus nos nihil amplius acquisivisse; nec dubitemus retrorsum nos fuisse omnimode revocatos, qua die non senserimus ad superiora progressos: quia, ut dixi, nec in eodem statu mens hominis potest iugiter permanere, nec in hac carne consistens, ita virtutum apicem possidebit quisque illo sanctorum, ut immobilis perseveret; necesse est enim, aut aliquid adici illis semper, aut minui, nullaque in omni creatura talis poterit esse perfectio, quae mutabilitatis non subiacet passioni, secundum illud quod in lib. B. Iob legitur: Quid est homo, ut immaculatus sit, et ut iustus appareat natus de muliere? ecce inter sanctos eius nemo immutabilis: coeli non sunt mundi in conspectu illius. Ac tandem hanc eandem doctrinam divino oraculo constabiliam reperio, dum Episcopus Ephesiorum acriter reprehenditur, non quod charitatem amississet, sed quia in fervore primae charitatis tepuerat: hoc enim sibi voluit illa verba (Apo. 2): *Habeo adversum te, quod charitatem tuam primam reliquisti, et subditi: Memor esto, unde cecideris, hoc est, ex quo fervore ad quantum mentis leporem perverneris; et age poenitentiam.*

Deinde silentio non praetermittam, quae in hoc genere argumenti mellifluis Bernardus dixit: *Qui in schola Christi non proficit, eius indignus est magisterio, praesertim tamen ubi sumus, ubi nihil in eodem statu permanet; et non proficere, sine dubio deficere est. Nemo proinde dicat: Satis est, sic volo munere, sufficit mihi esse sicut heri, et nudius tertius, in hac via residet, qui huiusmodi est, in scala subsistit, ubi neminem Patriarcha vidit non ascendentem, aut descendentem. Dico ergo; qui se existimat stare, videat, ne cadat; et (epist. 15. ad Charin) haec in idem scripsit: Itaque indefessum profectendi studium, et iugis conatus ad perfectionem, profecto reputatur: quod si studere perfectioni, esse profectum est, profecto nolle proficere, deficere est. Ubi ergo sunt, qui dicere solent: sufficit nobis, nolimus esse meliores, quam patres nostri. O monache, non vis proficere? Vis ergo deficere? nequaquam. Quid ergo? sic mihi, inquis, vivere volo, et manere in quo perceni, nec peior fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis, quod esse non potest? quid enim stat in hoc saeculo? et certe de homine specialiter dictum est: fugit velut umbra, et nunquam in eodem statu permanet. Praeterea (epist. 91. ad Abb. cong.) subditi haec alia lectu dignissima: Recedat a me, et a vobis, qui dicunt: Nolimus esse meliores, quam patres nostri, tepidorum, et dissolutorum se filios protestantes, quorum memoria in maledictione est; quia manducaverunt uvas acerbas, quibus dentes filiorum obturperunt: aut, si sanctis, et bonae memoriae patri-*

bus gloriantur, imitentur certo sanctitatem, quorum indulgentias, dispensationesque pro lege defendunt, quamquam sanctus Elias, non sum, inquit, melior, quam patres mei, et non dicit se nolle patribus esse meliorem. Vidit Iacob in scala angulo ascendentes, et descendentes, numquid stantem quempiam, sive sedentem? non est stare omnino in pendulo fragilis scalae, neque in incerto huius mortalitatis vitae quaequam in eodem statu permanet; non habemus hie manentem civitatem, nec futuram adhuc possidemus, sed inquirimus. Ut ascendas ergo necesse est, aut descendas. Si attentas stare, ruas necesse est. Minime pro certo est bonus, qui melior esse non vult; et ubi incipis nolle fieri melior, ibi etiam desinis esse bonus; hactenus d. Bernardus.

Ceterum quia in promptu est obiecto illa: Qui in aliquo gradu gratiae, et virtutum positus, nunquam in grave peccatum incidit, licet tepide vivat, et desideria proficiens deponat, et nullo modo adeptam virtutem promovere curet, nequaquam ab illo gradu prius adepti deficiet: est enim certum secundum communem theologorum sententiam, charitatem ex multiplicatione peccatorum venialium non minui, alioquin tot posset quae peccata venialia committere, ut tandem illam omnino destruerent; ut enim docent philosophi, finitum per ablationem finitum tandem consumitur. Propter hoc compellimur, rationes in medium producere, quibus sanctorum Patrum doctrinam traditam, veram esse innotescat, dum asserunt, non proficere, deficere esse. Inter has primum locum habeat illa, quam me docuit d. Thomas (2. 2. q. 2. art. 10), nimirum, quod virtutes supernaturales ex Dei infusione provenientes, et non modicum detrimentum subeunt ex incuria, et negligentia nostra. Peccata enim licet levia ad earum interitum, et corruptionem disponant; manifestum autem est, non parum deficere, qui negligentia sua se constituit in via, et dispositione ad amittendam gratiam.

Secunda ratio: quia, dum virtutes nihil operantur, affectus inordinati renascentur, et vitia pullulant, quae sui augmento virtutes infirmiores, et imbecilliores efficiunt. Quomodo enim exercitus decem millium militum adversus alium aequalem exercitum pugnant, illi viribus aequalis est; si vero iste adversarius crescat, et viginti millibus militibus consistat, iam ille primus, sine ulla suorum militum diminutione, ex solo augmento contrarii aliterius infirmior fit: ita charitas tepidi hominis eadem, secundum substantiam manens, virtute resistendi est, et operandi facilitate infirmior eo ipso, quod passiones robustiores fiunt, et affectus contrarii rebellant, et vitia iam victa, et prostrata iterum defectionem cogitant, et adversus charitatem insurgunt. Prodest etiam ad idem haec similitudo: quemadmodum si hostes alidem fortissimum ducem captivum tenerent, et catenis ligatum in carcerem conicerent, licet aliquando in seipso fortissimus esset, quia vires suas non amississet, comparatione tamen externorum impendentium infirmus censeretur, quia non valeret ea praerumpere, nec catenas effringere, nec profunditatem carceris superare; ita charitas, se ipsa

fortis est, cum gradus suae perfectionis non perdat; atque affectus est ligata, et passio-nem vinculis compedita, et veluti in profundum lacum tepidi cordis coniecta, et multis perturbationibus implicata, non potest facile, sicut antea, studiis perfectionis insistere, et hostes suos superare.

Tertia ratio: quia ille vere deficit, qui suo numeris non satisfaci; iusti autem proprium munus est, proficere in gratia accepta, Apostolo dicente (2. Corinth. 6): *Obsecro vos fratres, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis; tunc autem intelligitur gratia vacua, cum otiaur, et ab exercitio bonorum operum se abstinet. Certe viri spirituales in hac vita viatores sunt, qui in coelestem patriam gressibus meritorum festinant. Discipuli sunt, qui perfectionis scientiam, et artem bene vivendi perdidicunt. Pueri sunt, qui optimis alimentis, non statura corporis, sed mentis augeantur: ergo manifeste a sua obligatione deficiunt, si in via sedant, si in dies in sanctitatis disciplina non proficiant, si pusilli semper maneant, et debitam virtutis mensuram non acquirant. Profecto mercator, qui potuit novum lucrium acquirere, et praetermisit, ab aliis mercatoribus irridetur, et in sua arte defecisse indicatur; et si absque causa debita contrahat, quibus solvendis suam substantiam imminuat, imprudens, et stultus habetur; in idipsum, immo in multo maius nos, non proficientes, crimen incidimus, quoniam, et coelestes thesaurus, cum possimus, non lucratur, et quodiamvis imperfectionibus peccatorum sustinentiarum debitorum efficitur. Hinc egregie Richard. Victorinus (lib. 1. in Apocal. cap. 5) dixit: *Merito etiam ipse Dominus non solum male agentes, sed etiam otiosos increpat, dicens: Quid hic statis tota die otiosi? quoniam non solum delinquant, qui mandata transgrediuntur, sed, et qui mensuram, ad quam vocati sunt, perfectionis non complent. Atque ex his sufficienter me arbitror satisfecisse objectioni suprapositae, cum non obscure ostenderim, quare ratione, absque divinae gratiae diminutione decessat quis in via perfectionis.**

Porro, iam nonnulla documenta profectui nostro spirituali multum conducunt in medium proferamus. Primum est, quod tametsi profectus noster spiritualis sit donum coeleste gratuito Dei munere nobis collatum, iuxta illud d. Iacobi (cap. 1): *Omne datum optimum desursum est, descendens a Patre lumine; nostram tamen cooperationem desiderat. Nec enim sufficit cognitio, et desiderium profectus spiritualis, si aliquando torpens operi manum non admoveas. Equidem sola cognitio sine desiderio parum est utilis; quod enim prodebet decorem perfectionis agnoscere, nec eam cupere, nisi humanae naturae infirmitatem ostendere, cuius, ut dixit Augustinus (in Psalm. 116. conc. 9), praevolat intellectus, et tarde sequitur, et aliquando non sequitur humanus, atque infirmus affectus, desiderium est sine actione nullum, quia ad hoc datum est nobis, ut ea, quae desiderio cupimus, operis labore assequamur. Itaque ad hoc bona cognoscimus, ut desideremus; et ad hoc desideramus, ut opere compleamus. Unde d. Leo Papa (serm. 2. Epiph.*

cap. 3) eleganter dixit: *Quamvis omnium bonorum sit ipse largitor, nostras tamen etiam fructum quaerit industriae. Non enim dormientibus proceunt regnum caelorum, sed in mandatis Dei laborantibus, atque vigilantibus, ut, si dona illius irrita non fecerimus, per ea, quae dedisti, mererimur accipere quod promissit. Dominus quidem Salomoni sapientiam dare decreverat, sed quousque posceret Salomon, Dominus expectavit; quin et excitavit illum ad postulandam dicens (3. Reg. 3): *Postula quod vis, et dabo tibi; sic et nos petere debemus, et orationibus, gemitibus, ac bonis operibus postulare, ut secundum desiderium cordis nostri detur nobis optata perfectio. Haec duo, desiderium, et opus, sunt velut pondera horologii, quae in continuo motu sui profectus iustum conservant: sunt duo oculi, quos homo in istud maximum suae mentis bonum intendit, quorum meminit David (Psalm. 122) dicens: *Sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum; et sicut oculi ancillae in manibus dominae suae, ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec miseretur nostri: nam desiderium, et opus nostrum talia sint oportet, ut instar oculorum, intentionis simplicitate Deum respiciant, et de manibus eius spiritualis profectus inaestimabile donum frequenter extorqueant. Sunt etiam duae manus, de quibus ait Iob (cap. 13): *Quare lacera carnes meas dentibus meis, et animam meam porto in manibus meis? Dentes enim meditationis, quorum est, divina beneficia, et propria peccata ruminando comminere, carnem laceraunt, dum eam pro commissis delictis debita servitute castigant, et manus desideriorum, et operum animam portant, quae de virtute in virtutem vehunt, et ne in pristina delicta cadat, diligentissima cura sustentant. Sunt denique duae alae dactae mulieri, quae peperit masculum, ut volaret in desertum in locum suum, ubi altior per tempus, et tempora, et dimidium temporis, (Apo. 12.) Quae nam est ista mulier? nonne anima sui spiritualis progressus avida, quae coelestis sapientiae luce, tanquam sole vestitur, et lunam mutabilitatis calcet, et caput eius virtutibus, tanquam stellis, circumdatur? et quem masculum peperit, nisi propositum proficiens, et ad sanctitatem sine ulla cessatione propehandi? in quo autem deserto nascitur, nisi in secretum spiritualis vitae? ut interpretatur contemplator Richardus (l. 4. in Apo. c. 1), in quo, tanquam in a-mabili solitudine ab strepitu saeculi delitescit. Duabus itaque alis desiderii, et operis, in hunc desertum volat, quia bene desiderando, et operando ad optatam spiritus tranquillitatem appropriat. Ibi autem, scilicet in spirituali conversatione, altior per tempus, et tempora, et dimidium temporis: quia initio virtutis, et in profectu, et perfectione eius, divina gratia reficitur. Initium virtutis est tempus, quia a malo fugit, et poenitentiae praetoriorum insistit. Profectus sunt tempora, quoniam multa virtutibus acquirendis intendit. Perfectio est dimidium temporis, quia perfectio nostra in hac vita semper imperfecta est, et quasi dimidiata, quae solum in futura vita omnino proficitur. His ergo duobus ponderibus desideriorum, et operum horologii vitae nostrae movetur: his duobus pedibus non-****

bis currendum est, quos perfecti Dominus tanquam cervorum, ut super excelsa statuat nos: his duobus manibus laborandum, et his duabus alis velociter volandum est, ut in via divini famulatus in dies magis, ac magis crescamus. Desideria virtutis sine virtutis operibus minime sufficiunt: esset enim velle uno tantum pede progredi, ad una tantum ala volatum tentare. Unde recte Salomon (Proverb. 21) dixit: *Desideria occidunt pigrum*, scilicet, operibus desitit: qui enim obligationi suae satisfaciit suo desiderio, quando adest facultas operandi, immo, cum operari rennit, tunc inefficacia convincitur eius desideria, ut fati- lia. Unde quod dixit vidua Eliae (3. Reg. 17): *En colligo duo ligna, ut ingrediar, et faciam ignem mihi, et filio meo*, mysterium involvit eius, quod nos facere debemus, nempe, ut colligamus duo ligna: alterum boni desiderii, boni operis alterum, quibus ignem fervoris, et devotionis in nobis excitemus.

Secundum documentum ad progressum spiritualem faciendum docuit nos d. Ambrosius, modum praescribens, quo sit proficiendum (in Psal. enim 1 in illa verba: *Beatus vir*) ait: *Nobis initium bonorum, abstinentia peccatorum est, quoniam legimus: declina a malo, et fac bonum: hic enim ordo est disciplinae, ut ab inferioribus ad perfectiora contendas, ne terrearis mole maiorum, qui leiorum exordio habes provocari; scalarum enim similes esse Scriptura nos docet, pietatis ascensum, per quas vidit angelos Domini ascendentes, et descendentes sanctus Iacob, vir exercitacionis, qui nobis propositus est, ut per illum cognosceremus gradum virtutis paulatin nos proferre debere; et ita posse ab imis ad summa contendere, si per processum graduum exiguis ad ea, quae videntur humanae altiora naturae; hactenus d. Ambrosius. Si autem ignoras ordinem graduum, per quos tibi ascendendum est, ut multum proficias, audi b. Cass. (lib. 4. de instit. cap. ult) haec scribentem: *Principium nostrae salutis, sapientiaeque secundum Scripturas unum Domini est; de timore Domini nascitur compunctio salutaris, de compunctione cordis procedit abrenunciatio, id est, nuditas, et contemplus omnium facultatum, de nuditate humilitas procreatur, de humilitate mortificatio voluntatum generatur, mortificatio voluntatum extirpantur, atque evanescent vitia unicepsa, ex pulsione vitiorum virtutes fructificant, atque crescent, pullulatione virtutum puritas cordis acquiritur, puritate cordis Apostolicae charitatis perfectio possidetur; haec Cassianus.**

Tertium documentum est, ut si quis proficere desiderat, etiam modicas proficiendi occasiones sibi praeriri non sinat. Hoc documentum docuit me d. Paulus (Act. 26), dum dixit: *Opto apud Deum, et in modico, et in magno non tantum te, sed etiam omnes, qui audiant, hodie fieri tales, qualis et ego sum.* Ecce prius in modicis, et minoribus, postea in maioribus cupiebat Apostolus fieri audientes sui imitatores, ut ordinata esset virtutis progressio. Certe negotiator, quamvis magna lucra magno voluptatis ardore quaerat, modica tamen non spernit, sciens, quia multa modica

lucra unum magnum faciunt, et non modicam accessionem suis divitiis adiungunt; eodem prorsus modo si multipliciter parvi profectus, magna ipsi merita congerunt, et non parvam nostrae virtutis partem ipsi constituunt. Hoc idem me docent arifices, qui cum aurum manibus tractant, non solum caute se gerunt, ne magnam auri partem perdant, sed etiam ne minimum granum amittant: sciunt enim, quod ex multis minutis auri granis magna auri copia conflatur. O incredibilem stultitiam nostram? est ne aurum, quod tractant arifices merito virtutum pretiosius? sed si illi caute ambulant, ne modicum metalli corruptibilis perdant, cur nos ambulamus incaute, immo imprudenter, qui tot virtutis adaugendae occasiones perdimus, et gemmas meritorum pretiosissimas non tantum oblitii, aut incuriosi, sed scientes, et videntes derelinquimus? Verum iuterrogabis: quid est, occasiones modicas proficiendi incidentes non praerire? forsitan aliquis, ista legens, linguam, quam non noverat, nunc audit, et nos modica exquirentes non intelligit? Huic, ut intelligat, honestissimam ac fidelissimam Ruth, in proficiendo, formam proponamus: illa quippe simul cum socru sua mendicabat, et fame laborans, veniam ad quaerendum tantae necessitatis remedium in haec verba proposuit: *Si vobis, vadam in agrum, et colligam spicas; quae fugerint manus metentium; ubiqueque clementis in me patris familias reperero gratiam.* Annuente matre, abiit, et colligebat spicas post terra metentium. Felix illi tunc exigua ammone collectio fuit, ut ex spicis a messoribus relictis, atque contemptis ad mensam, et ex lecto ad coningium eius, et ad possessionem omnium, quae ipse habebat, hilariter properaverit. Considera et tu similiter mendicatem tuam, et expende famem tuam, quam, ut cibi sumptione compescas, collige spicas a metentibus derelictas, et modicas proficiendi occasiones, quas magni in suis oculis spernant, et congrega in sinum tuum, et sic primum fami virtutis te cruciantis utemque satisfacies. Postea ad mensam, in qua satieris, id est, ad magna merita virtutis accedes, deinde in lectum hominis divitis admitteris, qui dicit tibi, ut non melius, et dormias usque mane, ac tandem, te in sponsam charissimam accipiel.

Addo, praeter tria nuper exhibitia documenta, tria quoque observanda, quae iustos crescere faciunt. Primum est paupertas, pro Dei amore patienter lata, iuxta verba illa Ioseph (Gen. 41): *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meae.* Secundum est interna aliqua cordis oppressio, ut in figura contigit filiis Israel (Exo. 1), tibi dicitur: *Quantoque opprimebat eos, tanto magis multiplicabantur, et crescebant.* Tertium est humilitas: de Esther enim (cap. 11) ob extimiam eius humilitatem legitur: *Fons parvus crevit in fluvium maximum.*

Quid plura? sane omnia, quae hucusque dixi, quasi compendio video comprehendisse Christum Dominum in parabola illa (Marc. 4): *Sic est Regnum Dei, quemadmodum, si iaciat homo semen in terram, et dormiat, et eurgat*

nocte, ac die, et semen germinet, et crescat, dum nescit ille: ultra enim terram fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica; et cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest messis. Quid hic aliud nobis a Christo explicatur, quam profectus vialorum per verbum Dei divina largitate illis missus? Sed, ut dilucidior aliquatenus fiat tota haec parabola, non gravabor expositionem illius ex d. Gregorio (in comm. huius loc.) adicere: *Semen, inquit, homo iaciat in terram, cum cordi suo bonam intentionem inserit; et postquam semen iacatum est, dormit, quia iam in spe boni operis quiescit: nocte vero spargit, ac die, quia inter adversa, ac prospera proficit, et semen germinat, et crescit, dum nescit ille; quia, cum adhuc metiri incrementa sua non valet semen, concepta virtus ad profectum ducitur, et ultra terra fructificat, quia praeviente se gratia, mens hominis spontanea ad fructum boni operis surgit; sed haec eadem terra primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum producit in spica. Herbam quippe producere, est inchoationis bonae adhuc tenebrositatem habere; ad spicam vero herba venit, cum sese virtus animo concepta ad profectum boni operis protrahit; plenum vero frumentum in spica fructificat, quando iam tantum virtus proficit, ut esse robusti, et perfecti operis possit. Sed, cum ex se produxerit fructus, statim mittit falcem, quoniam adest tempus messis. Omnipotens enim Deus in productum fructum falcem mittit, et messem suam dissecat: quia, cum unumquemque ad perfecta opera perduxerit, eius temporalem vitam per emissam sententiam incidit, ut granum suum ad coelestia horrea perducat. Cum igitur desideria bona accipimus, semen in terram mittimus; cum vero operari recte incipimus, herba sumus; cum autem ad profectum boni operis crescimus, ad spicam pervenimus. Cumque in eiusdem operationis perfectione, solidamur, iam plenum fructum in spica proficimus. Imitemur ergo fratres, Christum Dominum: nam, ut ait d. Ioannes (in sua prima Can. cap. 2) qui se dicit in Christo manere, debet, sicut ille ambulavit, et ipse ambulavit. Unde cum Evangelista dicat: *Iesus crescebat sapientia, aetate, et gratia apud Deum, et homines, ita et nos similiter crescamus, vel, ut melius dicam, ipse crescat in nobis.* Sicut enim corpus humanum sua habet incrementa, et progressus aetatum, ab infantia ad pueritiam, a pueritia ad adolescentiam, ab adolescentia ad iuventutem, a iuventute ad virilitatem; ita oportet, ut Christus semper in nobis crescat, meliora continuo charismata accumulando, ut loquitur d. Paulus. Adolescit in nobis Christus, et grandior fit, cum iam relicto carnis, solidum cibum spiritus appetimus, cum, neglectis terrenis, ad coelestia aspiramus. Igitur, qui in Christo renatus est, oportet, ad illius exemplum, non manere in infantia, sed in dies crescere, et progredi, et instar Caroli V. symbolum illud: *Plus ultra: in columnis Herculis exaratum, sibi usurpans, quae retro sunt, obliviscendo, ad anteriora se extendere cum d. Paulo.**

Adverto tamen, ab hoc proficiendi studio neminem posse excipiri. Putant enim multi, id proprium esse Regularium, qui viam perfectionis ingressi sunt: sed falluntur, quia non semel contigit, coniuges matrimonii vinculo copulatos amplius proficere, quam Regulares, et Eremitas, ut legimus in vita Patrum: (lib. enim quarto c. 16) refertur, quod duo antiqui Patres in eremo rogaverunt Dominum, ut ostenderet eis, ad quam perfectionis mensuram pervenissent? et venit coelestis nunciarius illis dicens: In villa, quae est in Aegypto, adest quidam saecularis, Eucharistus nomine, et uxor eius, Maria: nondum pervenistis ad mensuram ipsorum. Exurgentes illi, venerunt in vicum illum, et percunctantes, invenerunt cellulam ipsius, et uxorem eius, et dicunt ad eam: ubi est vir tuus; et illa: in campo est, et pascit oves; et introduxit eos in domum. Cum vero factum esset, venit ille cum ovibus, et videns illic seniores paravit mensam, misique aquam in pelvis, ut lavaret pedes eorum; qui dixerunt, non gustabimus quoquam nisi indicaveris nobis prius operationem tuam. Et ille cum humilitate: Ego, inquit, sum pastor ovium, et haec uxor mea est. Cumque perseverassent illi, rogantes, ut omnia denunciat, et ipse nollet dicere, dixerunt ei: Deus nescit nos ad te. Audiens autem hoc verbum, timuit, dixique eis: ecce oves quas habemus a parentibus nostris, et quaequid nobis donavit ex ipsis Dominus, dividimus in tres partes; unam partem pauperibus, alteram in susceptione peregrinorum, et tertiam partem in usum nostrum. Ex quo autem accepit uxorem meam, neque ego pollutus sum, neque ipsa, sed virgines adhuc permanemus; singuli autem remoti ab invicem dormimus, et nocte indiumus nos saccis, die vero vestimenta nostra accipimus, et usquehuc nemo hominum cognovit. Cumque haec audissent illi Patres, admirati sunt, et recesserunt, benedictes Deum. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Explicatur admassim, quomodo inscius parentibus puer Iesus potuerit manere in templo, et qua ratione illo triduo, quo absens fuit ab illis, victum quaeritarit; ac tandem de dolore, et gaudio Virginis propter Christum amissum, et inventum disseritur, in illa verba: Remansit puer Iesus in Ierusalem, et in illa alia: Regressi sunt in Ierusalem requirentes eum; et invenerunt illum in templo.

Cum in hoc genere argumenti nihil certa fide exploratum habeamus, multifariam, multisque modis licet nobis explicare, qua ratione, quove modo puer Iesus remanserit in templo parentibus inscius, aut ab illis in coeplo iam rediit se potuerit subducere, absque ul-